



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Vt cum Deo requiei se tradat. 50

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

LIBER II.

erit atque dilexerit: vel suā potius sensualitatem ac delectationem aliquam occulte quæsierit et secuta sit. Radix namq; corruptæ intentionis profunde nimis in fundo cordis abdita iacet. Ideoq; si coram Deo recta & pura esse debeat intentio, ipsi fundo cordis vigilantius est intendendum. Vtrum denique aliquid per quinque sensus suos intrare permiserit, quod animæ pacem turbauerit, eâque grauarit. De his igitur alijsq; defectibus quos in seipso quotidie vnusquisque deprehenderit, & in quibus se reum agnouerit & excessisse aduerterit, humiliter veniam postulare, & a Deo gratiam petere debet, orans ipsum, vt per amarissimā passionē suā ipsius misereri, & per eandē pro omnibus peccatis ipsius satisfacere, omnesque negligentias eius supplere velit: vtq; per merita sauciati corporis sui, dolorosæ animæ suæ, & gaudiosi spiritus sui se in corpore, anima & spiritu mundum & aptum facere, et esuriētem animam illius reficere, & in se totaliter transformare dignetur.

Qualiter cum Deo ad requiem ire debeat.

Cap. L.

Deniq; ad quietem sese homo positurus, inclinare & includere debet in intimo spiritus cubiculo, et exuere ac nudare se de omnibus præteritis rebus & occupatiōibus, quæ eum maxime (quā primū cogitationē suā in Deum dirigere debet) impedire possent, inclinabitq; sese, & collocabit in vnionē diuinæ pacis, et in brachia vbi æterni, eiusq; se amarissima passiōe teget. Et tunc cum sponsa dicere poterit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et: In lectulo meo per noctes

V iij - quæsius,

quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illi,
& inueni in domo animæ meæ, nec dimittā eum,
donec det somnum oculis meis, & requiem tem-
poribus meis: vt cum ipso ab omnibus exteriori-
bus rebus quiescere possim. Quisquis ergo sic
cum Deo suo ad quietem tendit, secure ad eum
euigilare potest, ac dicere: Vbi es o amantiss-
me?

Oratio, qua euigilans in lecto anima Deū
deuote affari debet. Cap. LI.

O Nobilissime inhabitator animæ meæ, q-
es & semper eris vita eiusedē animæ meæ,
dignare mecum permanere cum gratia
ac dilectione tua, faciasque micantes diuinita-
tis tuæ radios in me, & per me lucere & eisdem
animam meam & omnia interiora mea purifi-
ces: esurientem animam meam, cui nihil nisi car-
nem tuam comedere, & sanguinem tuum pota-
re libet, quæque sine te in vita gratiæ viuere nō
potest, reficias. Scis enim tu ipse domine Deus,
quam infirma reddatur ipsa, & quantum in o-
mni virtute deficiat, quādo a te non reficitur. Ve-
ni ergo o Deus meus, cibus animæ meæ, nutri-
mentū spiritus mei, virtus cordis mei, custos &
cōseruator corporis mei; immuta me in te, & fac
vt sim p gratiā, qd minime sum p naturā, quare
nus te vicissim omnia interiora mea collaudet. Et
quæties exit & intrat anhelitus meus, toties tibi sin-
gularis a me laus exhibeat velut ignita oratiō
iacula, & ardentes faculæ laudis. Et quoties re-
centem anhelitum intus traho, toties anima
mea cum noua gratia te suscipiat. Et quoties
anhelitum emitto, toties anima mea seipsam ex-
i-
tes